

Heinrich Schuckmann

**Programma Quo Proreector Universitatis Rostochiensis Heinricus Schuckmann/
I.D. & Codicis Professor. Ad exequias quas Optimo Spei Puerulo Hermanno
Cothman, Moestissimus Dn. Parens hodie hora prima pomeridiana adornabit,
Omnes Academiae Cives officiose ac serio invitat**

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434954>

Druck Freier  Zugang



Schudmann, H.,

in H. Cothmann.

R. 1639.

-38



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777434954/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434954/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777434954/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434954/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777434954/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434954/phys_0004)

DFG

PROGRAMM A

148.

Quo

PRORECTOR

Universitatis Rostochiensis

HEINRICVS Schuckmann/
J. D. & Codicis Professor.

Ad exequias

quas

OPTIMO SPEI PUE RULO

HERMANNO
COTHMAN,

Mœstissimus Dr. Parens hodie ho-
ra prima pomeridianà adornabit,

Omnes Academia Cives officiōse ac se-
riō invitat.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILIUS, Acad. Typogr. Anno 1696.

78

PROCESSAMMA
LIBRERIEGO
LIBRERIEGO
HERRIGAS EST
JD.E Config*ur*atione*l*e*ll*e*r*
SAN MARtin*s*
CONTRACTUNION
HERRAMNO
GOTHMAY
MAGILLUM DUGSTOCHISPODISTRICT
ISLBIUS PROTESSURESPI
OMIN AREATU SAN MARtin*s*
AREATU SAN MARtin*s*
ROSDOCHII
SAN MICOF LIBRERIEGO

PRORECTOR

Universitas Rostochiensis,

HEINRICUS Schuckmanni

J. D. & Professor.

Vita hæc temporalis, si Vi-
ta quidem dici mereatur, ut ut
sint, quibus ea quam maximè ar-
rideat, alij interim qui rem altius
deducunt, usq; adeò expetenda, vel isto no-
mine non reputatur, quod nihil stabile aut fi-
xum, nihil prorsus, cui vel ad momentum, tu-
tò quis inniti ausit, sed fragilia ac caduca,
omnia, plenis velis exhibeat. Quamvis enim
demulcere quandoq; mortalium animos, & in-
sui admirationem, sicut à quadam dulcedine
illecos pertrahere videatur, illo præsertim
tempore, ubi fortunæ aura, aliquantò felicior
adspirare cœpit; tantum tamen abest, ut sta-
tim ex eo perennem sibi lætitiam promittete,

Y 2

quis

quis possit, ut brevi potias, totâ ista facie mutatâ, aliam eamq; plane adversam sortem experiri necessum habeat. Cujus rei vestigia, ut in omni statu satis multa dantur, in Oeconomico certè quâm plurima. Conjugium si cui obtingat prosperum ac fortunatum, si liberi nascantur, in quibus à primis unguiculis spes bonæ frugis egregiè se exserit, si deniq; cætera omnia ad felicitatem sint composita, quotus quisq; est, cujus mentem ista non oblectent, & mirâ quadam voluptate perfundant. Cœterum ubi mortis violentia falcem suam velse mel tantum immiserit rei domesticæ, omnis præterita voluptas, non modò pro nihilo est; sed insignem quoq; dolorem & amarulentiam à tergo relinquit; Ista est humanarum rerum, inconstantia, quam rectè si expenderint ij, qui animum à terrenis evocatum, in sempiterna quæcunq; defixum tenent; mirum profectò non est, quin vitam hanc temporalem, omni illius dulcedine posthabitâ, penitus acerbam ac invisam duxerint! Quibus accensere inpræsentiarum meritò debemus Magnificum Universitatis pro tempore Rectorem, Virum Reverendum & Clarissimum Dn. JOANNEM COTH.

COTHMANUM SS. Theologæ Docto-
rem, & Professorem publicum, Collegam &
amicum nostrum colendum, quem hæc in
parte eandem foyere cum alijs sententiam,
nulli dubitamus; Mensis enim vix exactus est,
ubi gaudium, quod ex auspicio optati conju-
gis resultabat, ex insperato charissimi filioli
obitu, tristis excepit catastrophe, quæ ani-
mum parentis, quam graviter afficiat, facile
licet colligere, præsertim ijs, qui communia na-
turæ ductu impulsi, liberorum suorum vitam,
suæ sœpenerò anteponunt, ut tanto in-
tensior postmodum sit dolor, quem conci-
piunt pij parentes ex discessu suorum, quanto
lætitia fuit major, ubi præsentes eos sospites ac
salvo conspexerunt: Verum enim verò quem.
admodum longè melior eorum est conditio;
qui in portu navigant, quam qui vastis adhuc
Oceani fluctibus hinc inde jactantur; Ita
omnium optimè agi cum ijs existimandum
est, qui extra periculi jaçtum, tutissimo positi
receptaculo, universa sinistræ fortunæ ludibria
ex alto quasi ovantes despiciunt; Eò igitur
per mortem cum transferri suos norint fideles
parentes, gratulabuntur potius sibi de tantâ

Y 3 suorum

suorum felicitate , non autem dolebunt; In-
primis cum omnis dolendi ansa hoc ipso sit
præclusa , quod benè jam habere cœperint,
qui in hac vitâ male habebant. Cujus felici-
tatis quò citius quis particeps efficitur, eò bea-
tior est illis , qui diutiùs, cum malis & infortu-
nijs hujus seculi concertare coguntur. Cum
enim tanta sit senescentis mundi hujus mali-
zia, ut perversis moribus & exemplis facile
fuerit eos etiam corrumpi , qui ad spem pietat-
is, modestiæ, aliarumq, virtutum nati ac edu-
cati sunt; In summo certè beatitudinis gradu
constituti erunt illi, quibus primo vitæ limine
via conceditur , omnia ista pericula prorsus
eluctandi , & in veram patriam , ubi nullus
datur amplius corruptioni locus, veloci cursu
commigrandi. Quæ cum ita sint, non est
quod lugeat Dn. Paren's præmaturum filioi
sui HERMANNI COTHMANNI obi-
tum ; lætetur poriūs, quod eundem 24. Apri-
lis Anni 1634. inter 7. & 8. vespertinam ex ho-
nestissima foemina CATHARINA Arnims/
(quæ & ipsa 18. Junij anni superioris, fatis con-
cessit) feliciter suscepturn & Christi redem-
ptori suo per sacramentum initiationis inser-
tum ,

tum, in pietate & literis: quantum peracta-
tem licuit fideliter informari curaverit; quæ
informatio tantum effecit, ut pietatis, cuius
semina juxta cum lacte materno imbibera-
tur, in ipso morbo insigne specimen ediderit.
Postquam enim 23. hujus mensis Augusti, ex
dolore unius cruris decumbere coepisset,
primâ nocte saepius invocasse auditus est no-
men Iesu salvatoris sui; Cujus auxilio etiam
sublevatus, non tantum apoplexiā, cum
quā sequenti die consiliciori coactus fuit, sed
universum quoq; morbi impetum, qui tamen
biduum remisile videbatur, pro diuino be-
neplacito, ita tandem superavit, ut heri circa
sextam matutinam spiritum suum Deo Crea-
tori, à quo illuminante quinquennium & qua-
tuor menses acceperat, placide redderet.
Postquam autem animula pie defuncti hu-
jus pueruli in cœlesti paradiſo sedem oceupa-
vit, corpusculum etiam dormitorio inferen-
dum restat. Et quia funeris deductioni ho-
dierna prima est destinata, vestrum erit Ci-
ves Academicī, hunc honorem ei exhibere,
quem alijs ejusdem monitu, stimulati, debitā
reverent.

reverentiâ præstare hactenus debuissit P. P.
Rostochij sub Academiæ Sigillo 28. Augu-
sti Anno 1639.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777434954/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434954/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777434954/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434954/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777434954/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434954/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777434954/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434954/phys_0016)

DFG

tum, in pietate & literis: quem licuit fideliter informatio tantum effecit, semina juxta cum lacte mai in ipso morbo insigne sp Postquam enim 23. hujus m dolore unius cruris de cun primâ nocte saepius invocans men Iesu salvatoris sui; Cu sublevatus, non tantum ap quâ sequenti die confliktari universum quoq; morbi imp biduum remisisse videbatur, neplacito, ita tandem supera sextam matutinam spiritum l tori, à quo illuminante quinque tuor menses acceperat, pl Postquam autem animula p jus pueruli in cœlesti paradise vit, corpusculum etiam dormidum restat. Et quia funeris dierna prima est destinata, ves Academicici, hunc honoris quem alijs ejusdem monitu,



per æta-
r; quæ
s cuius
liberat,
liderit.
assi, ex
pisset,
est no-
etiam
, cum
it, sed
amen
o be-
i circa
Crea-
e qua-
deret.
ti hu-
cupa-
feren-
ni ho-
it Ci-
vere,
lebita
eren-